



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Qui ut asseris, nu 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

*Qui, ut asseris, de nobili genere  
procreatus existis.*

3. **T**ribus dictis hæc Clausula declarabitur. Dico Primo, sufficere esse nobilem ex parte Patris, nec sufficeret talem esse solum ex parte Matris. Ratio est, quia vera, & absoluta Nobilitas, quæ hic requiritur, ut mox num. §. dicemus, ex Patre, non vero ex sola Matre deducitur. a

4. Dico Secundo, illum hic censi nobilem, qui per aliquot generationes artem mechanicam non exercuit. Quare ii, qui ex Privilegio Principis, vel Senatorum assumuntur ad gradum nobilium, quique homines novi, seu novi nobiles appellari possunt, hic excluduntur, quia concessio praedicta Oratorii non sit ei, qui est nobilis, sed ei, qui ex nobili genere procreatus existit.

G § 5. Dico  
a Sanchez l. 8. de matr. d. 19. n. 6.

5. Dico Tertio, non verificata  
hac clausula corruere hoc Orato-  
rii Privilegium. Ratio est ducen-  
da ex communi doctrina & dicente  
in ejusmodi Indultis, non verifi-  
cata ea conditione, qua non exi-  
stente, Privilegium omnino non  
concederetur. Indultum esse sub-  
septitium, quia tunc illa conditio  
requiritur principaliter, estque  
veluti essentialis, at scimus omnes,  
ex stylo Curiæ, hoc Oratorii Pri-  
vilegium nunquam à Pontifice  
concedi, nisi Pramatibus, & Pro-  
ceribus Civitatum.

*Vt in privato domus tuae solita ha-  
bitationis Oratorio.*

6. Quid si transferas domum,  
poterisne in domo nova,  
sive empta, sive locata Oratorium  
erigere? Respondeo, posse, quia  
jam hæc est domus tuae solitæ ha-  
bitationis, ubi enim quis habitat

in  
a *Idem ib. d. 21. n. 17.*